



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Noctuarum numismata quædam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## NOCTUARUM NUMISMATA QUÆDAM.

CAP. XVI.

**N**I numis aliquot videoas Palladis ipsius simulacrum cum ingenti umbone, dextera ad oram umbo adiecta, virga à peatore ad solum applicata, cui videtur inniti: nam virga, ut in caduceo *Brettii*, <sup>sibi</sup> disputatum disciplinam ostendit. Sub umbone Noctua est: inscriptio, *BRETTIΩN*. Ab altero latere *Brettii quid* caput galeatum, cum Pegaso in plano galeæ. Sunt vero Brettii, quos nos Bruttios vocamus, ut Her-molao Byzantio, qui Stephanum defloravit, placet, à Brettio Tyrrhenorum civitate, quam Brettus Herculis filius condidisse fertur: quin & regio ipsa Brettia nuncupata, neque non & Lingua Aristophanes, μέλαινα δεινή γλώσσα Βρεττία παρέλθει. Antiochus autem Italiam vocatam olim Bruttiā dicit, mox Oenotriam. Alibi vero videre est in numis caput Palladis galeatum, ab' cuius altera parte Noctua est prostrato innitis carchesio, juxtaque quadrigæ cum vicitoria laurea circumducta cum baccis. Hujusmodi autem numos argenteos magno numero comperies. Literæ in nonnullis, quæ legi possint, AΘE, à tergo caput ipsius Palladis galeata, variique admodum sunt hi Noctuarum numi.

## VICTORIA. CAP. XVII.

**P**orro Noctua Atheniensibus indicium vicitoria fuit, cuius etiam volatus in adagium cessit, Γλαύξ (θῆτα), Noctua volat, cum profligatis hostes, & subsecutam vicitoriā innuerent. Id vero sibi proponebant, propterea quod avis hæc, uti dictum, Minervæ sacra crederetur, quæ quidem di-<sup>Ex Zenodo.</sup>cta est etiam male consulta Atheniensium fortunare. Atque hac de causa Demosthenes oratione στοιχεῖον τοῦ θεοῦ, Solonis versus citat:

ημετερή πόλις καὶ μὴ διος οὐκού ὀλεῖ  
αἰτα καὶ μακάρων θεῶν φένας αἴβασταν.  
Τοιν δὲ μεγάθυνοθεοῖς οὐδεμιό πατέει  
πανδεις αὐθιοιν χειρες υπεθνι εχει.

Noctua quidem civitas nunquam, fate Jovis, neque Deorum immortalium arbitrio peritura est. Talis illi contigit custos, magnanima scilicet potentissimo Patre genita Pallas Athenea, que manus supra caput ejus habet. In adagiosis autem rebus quibuscumque feliciter, & ex animi sententia succendentibus, dici con-suevit usitatisimum apud eos illud, Noctua volat.

## PECUNIAE. CAP. XVIII.

**A** pud eisdem Noctuæ cesserunt in pecuniarum nomen: hinc apud Plutarchum in vita Lysan-<sup>DiGumser-</sup>dri à Gylippi servo dictum, Multas sub Domini sui tegulis Noctuas cubitare. Gylippus enim cum <sup>in Gylippi.</sup> ex ingenti pecunia, quam Lacedemonem aportare iussus erat, partem intervertit, eam sub ædium fiarum tegulis occultaverat, cumque servorum testimonia contra Dominos non admitterentur ex lege, & irritum facerent judicium, callide admodum ille commentus est rem aperire sub eo verbo-rum involucro: ut indicio pecuniarum factio neque ille accusasse dominum videretur, neq; ius ul-<sup>Aristophae-</sup>lum violasse, Atheniensis tamen Reipublicæ commodo consuluisse. Alibi Noctuas Laurioticas pro <sup>mer in avib.</sup> pecuniis appellatas invenias, non, ut nonnulli putant, à circumducta in numis laurea, quæ admodum conspicuæ est, sed à Laurio Attica regione aurivenifera. Observes tamen in hujusmodi numis non <sup>γλαύξες</sup> modo laureas circa Noctuas, sed eas laureo etiam ramo insidentes cudi, ejus dubio procul hiero-<sup>λαύξω-</sup>glyphico vicitoria, qua de superioris meminimus. In aliquot procumbentem Leonem supervolat, cum <sup>πτερεῖ.</sup> inscriptione, ANTIOXOT, quod nimurum hostis ferocitatem Atheniensium prudentiæ succu- <sup>quam</sup>bius significat. Sunt aliquot numi, in quibus Noctua cum Jovis facie cufa est, eos diobola-<sup>Hh 2</sup>res fuisse tradunt, quibus vero Noctuæ duæ impressæ sunt, quatuor obolis expendebantur.

## MORS. CAP. XIX.

**A** pud Ægyptios vero Noctua mortis erat hieroglyphicum, vulgatissimo jam etiam apud nos & Oratorum & Poëtarum testimonio, Noctuam lethale aliiquid, aut inauspicatissimum infortu-nium afferre. Causam hujusmodi significationis duplē invenio: unam, quod cum Cornix vite longioris symbolum habeatur, compertum est Noctuam quadam naturæ discordia, ejus nidis magis